

Em 432

190
O D E

D I V I S M A N I B V S

S E R E N I S S I M I P R I N C I P I S A C D O M I N I

F R I D E R I C I

D V C I S S A X O N I A E

I V L I A C I , C L I V I A E , M O N T I V M , A N G A R I A E
E T G V E S T P H A L I A E R E L I Q .

T E R R A R V M

S A X O G O T H A N A E E T A L T E N B V R G E N S I S

P R I N C I P I S H E R E D I T A R I I

I N C L V T I S O C I E T A T . L A T I N . I E N . P R O T E C T O R I S

A D O R N A T A S C R I P T A Q V E


A D

S O C I E T A T E M A M P L I S S I M A M

A B

E I V S D E M C O L L E G A H O N O R A R I O

G V I L . H E N R . L I B . B A R . A W O L L Z O G E N E T N E V H A V S S .



AK

A L T E N B V R G I

E X O F F I C I N A R I C H T E R I A .



Ah! quis trifulci fulminis impetus
Percussit ictu pectora tam graui!
Quam luctuosus terror imas
Quam vehemens penetrat medullas!

PRINCEPS IUVVENTAE SAXONIAE DUCVM
STIRPIS VETVSTAE MAXIMA GLORIA,
INSIGNIVM DVLCIS PARENTVM
ATQVE SOLI PATRII VOLVPTAS,

S P E S principatus flebilis occidit!

Ah! triste fatum! vix sibi territa
Mens constat, astrum principale
Ante diem rapit atra nubes.

Ipsa ergo cantus praecipe lugubres,
Sic fata poscunt, Melpomene, et tibi
Partes dolendi dedicatas
Materia in propria tuere.

Non est sagatus, nescius hostium
Armis domari, qui videt vrbium
Tristes ruinas laetus, heros
Morte cadens subita canendus:

Non et togatus qui patriam beat
Dum pacis artes ingenuas fouet
Curaque subiectis paterna
Prospicit hosque regit potenter

Ornandus heros laudibus vltimis:
Non sceptratactans, qui statuens suis
Leges pias iustasque, multos
Dinumerat populos regendos:

Sed PRINCEPI vis dicere naemiam
Fatalis urget, Quem lacrumis piis
MAGNI PARENTES, aula, cives
Condecorant. Cano FRIDERICVM

Honore dignum, donec habebitur
Virtus honori, non generis modo,
Sed propriae vitae perennis
Gloria Quem decorat merentem

Nam vidit aetas nostra, vtinam diu
Datum fuisset cernere! imaginem
Virtutis expressam PARENTVM
Et similem proavis nepotem.

O spes caducas! o breue gaudium!
Nunc, heu IUVVENTAE PRINCIPIS OPTIMI
Vimbras filentes et beatas
Conqueror indomito dolore.

Ast verba luctus tristitia strangulat,
Vocemque praeccludit dolor anxius
Ad busta et exsoluit colendis
Manibus officium gemendo.

O si fuisset, de patriis diem
Delere fastis, quae fuit vltima
Vitae dierum FRIDERICO
Tempore praepropero suborta!

Nil ergo votis proficientibus
Caelo supinas nos tulimus manus,
Nec victa vis morbi precando
Sollicitorum animis pepercit.

Lugent PARENTES, quemque igitur decet
Luctus eorum iungere luctibus:
Lugent PATRIS fidi ministri:
Quis reliquos lacrumare damnet?

Non sexus, aetas ordoque publici
Vllus doloris parte caret pia,
Non longa serorum nepotum
Progenies caritura quondam est.

Mors illa tristem Castalidum quoque
Fecit cohortem, qua querulae sui
Nutricii musae futuri
Tam cita fata gemunt Salanae.

Num nos, Latini quos facios nitor
Sermonis oblectat, sine carmine
Nostros locuturo dolores
Ad tumulum cineresque stemus?

Moeni coronis spargite olentibus
Lectum iacentis spargite floribus
Facta et prius laudatione,
Pangite funcream cupressum.

Tum dicite ALMI PRINCIPIS ossibus
Summam salutem molle cubantibus,
Inscribere et cippo, sodales:
MVSAGETAE HERCVLIS HEIC SEPVLCRVM EST.

Tu, quam Deus vult esse superstitem,
Serua tenaci pectore conditum
Virtutis exemplar sequendum
Atque imitare frequens iuuentus,

Quocunque nata es sanguine vel loco.
Clarasse factis intima pectoris
Deuota rerum conditori,
In pietate decus locasse:

Grato PARENTES obsequio pie
Remunerasse et recta monentium
Non auribus fastidiosis
Dicta sabbria resouisse-

Virtute iuncta cum sapientia,
Humanitati pectore dedito,
Non caeteris se praetulisse:
Indoluisse malis proborum:

Haec magna, digna haec, quae studio aemulo
Acquans iuuentus archetypum fleat
Raptum dolenda morte terris
Sed meliore loco repositum.

Vnum erigendis suppetit omnibus,
Viuunt PARENTES rutaque florida
Non omnis est nudata lacto
Germine SAXONIAE GOTHANAE.

Fructum artis orbis praecipuit quidem,
Non artis vsum dura PARENTIBVS
Mors, educandi PATRIAE SPEM
Dexteritate pari fideque.

FRIDRICVS artem TERTIVS OPTIMVS
PRINCEPS regendi tradere maximam
Perget, nec exemplo absoluto
HOC PATRE destituentur ORTI.

Verum atque rectum quid statuunt sophi,
Ornare dictis sensa animi, stilo,
LVISA MATER DOROTHEA
Ut deceat, proprio docebit.

Sic salua res est: pignora publicae
Restant salutis: FRATRIS, enim loco
ERNESTVS olim LVDOVICVS
Iura locumque PATRIS capeffet.

ORECTOR ORBIS! REX SVPERAE DOMVS!
Tu FRIDERICO da, populus pius,
LVISIAE da DOROTHEAE,
Da SOBOLI bona, quae precatur!

Hic, hic Salanis gratus erit labor
Musis, Latini per socios viros
Collegii congratulari
SAXONIAE DVICIBVS GOTHANIS.



78M 378

ULB Halle

003 076 938

3



190

ODE

DIVIS MANIBVS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

FRIDERICI

DVCIS SAXONIAE

IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE RELIQ.

TERRARVM

ANAE ET ALTENBURGENSIS

S HEREDITARII

STAT. LATIN. IEN. PROTECTORIS

ORNATA SCRIPTAQVE

AD

ATEM AMPLISSIMAM

AB

DEM COLLEGA HONORARIO

R. A WOLLZOGEN ET NEVHAVSS.



AK

ALTENBURGI

